Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et spuseo.

XVIIII Quod uerbu caro factu quod ē
xpsi ihsu et sapiencie thesauros in
se habet et sacrae.

XX Nemine posse sine fide ad uera
beatitudine peuenire

EXPLICIUNT CAPPE LIB XIII.

INCIPIT LIBER XIII.

De gemino rationalis mentis
officio quorum unum ad pertinet alia
aliud pertinet ad gena.

IN LIBRO SUPERIORI huius operis duodecimo satis egimus discernere rationalis mentis officium in pali bribr. ubi ñ sola cognitio. uerū et actio mīa uersatur. ab excellentiori eiusdem mentis officio. Quod contemplandis aeternis rebus impenditur. ac sola cognitione finitur. Commodius autē fieri puto. ut de scripturis sacris aliqd interseram. Qō facilius possit utrumq; dignosci. euangelium suum iohs euangelista sic orsus ē. In principio erat uerbū. et uerbū erat apud dm. et ds erat uerbum. Hoc erat in principio apud dm. Omnia per ipsū facta sunt. et sine ipso factū ē nichil. Quod factum ē in ipso uita erat. Et uita erat lux hominū. et lux in tenebris lucet. et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a dō. cui nom erat iohs. Hic uenit in testimonium ut testimoniū perhiberet de lumine. ut omes crederent per illū. Non erat ille lux. sed ut testimonium phiberet de lumine. Erat ille lux uera que illuminat omne hominē uenientē in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsū factus ē. et mundus eum non cognouit. In propria uenit. et sui eū non receperūt. Quotquot autē receperūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri. his qui credunt in nōe eius. Qui non ex sanguinib; neq; ex uoluptate carnis. neq; ex uoluntate uiri. sed ex dō nati s. Et uerbū caro factū ē et